Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

De computacione solis et scientia veritatis loci eius. Capitulum decimum
de scientia diversitatis allegeum que est inter sonum et noctem eius et die
in omni altius et noctem eius. Sonum autem est tempus constans ex 24 ho-
ris quod simul continet diem et noctem. Capitulum primum de scientia

Postquam declaravi quantitatis longitudinis anni et numero
(u)imus in hiis que precesserunt hanc · dierum eius
dictionem summam eorum que premittenda erant de scientia celi
et terre et etiam declinacione orbis solis qui est medium celi
signorum et divisione eorum que contingit in spera recta et spera
declivi in omni loco habitabili vidimus quod optimum est ut sequatur
illud Dico de sole et luna et hiis que accidunt in motibus eorum non est enim pos-
sibile scire aliquid eorum que videntur in stellis antequam precedat scientia eorum
omnino Vidimus autem ubi a sole ante lunam incipiamus Non est enim posse
scire aliquid eorum que contingit in luna ante scientiam solis et eorum que in ipso contingit
Primum enim omnium que oportet nos demonstrare de causa solis est inventio scientie
quantitatis longitudinis anni et numeri dierum eius Ea vero in quibus dubita-
verunt et diversificati sunt antiqui scientes ex eis que ipsi narraverunt
et precipue abrachis Vir bone scientie amator scientie et veritatis plurimum a eorum
que perdixerunt eum ad hanc dubitacionem fuit quod ipse videbat ex revolu-
cionibus solis et principiis eius et reditacionibus ipsius a duobus punctis equa-
litatis et duobus punctis tropicis numerum dierum anni fieri 365 dies et minus
quarta Et videbat ex quietione solis cum a stellarum fixarum et revolu-
cionibus eius et reversionibus eius ad eam 365 · dies et plus diei Et
hoc quod apparet quod estimavit speram stellarum fixarum habere motum localem tar-
dum longi temporis Et hic quidem motus est ad partem motus stellarum
retrogradarum secundum continuitatem signorum qui est secundus a motu primo
cum orbe descripto super duos polos duorum orbium simul orbis equacionis diei
et orbis declivis ab eo Nos autem ostendemus in nostro libro de stellis
fixis quod hoc ita est et narrabimus modum per quem scitur et quod non est possibile
scire aliquid eorum ante scientiam solis et lune In scientia vero quantitatis lon-
gitudinis anni et numeri dierum eius non oportet ubi sit nostra intencio et re-
finis nisi motus solis per se ipsum et revolucionis eius et principia ipsius
et recisionis eius in orbe declivi Diffiniam autem dies anni vel quod
est tempus motus solis ab alio punctorum fixo inmobilis huius orbis secundum
continuitatem signorum donec redeat ad idem punctum Videmus punc-
torum eius et a quo incipiamus sit duo puncta equalitatis et duo puncta
tropica Non enim reperimus revoluciones et principium et recisionem
in illa figura in loco et tempore digniore hiis punctis sive apud orizontas
sive apud orbem medii diei Sive a longitudine diei sonii et noctis eius
a die equalem neque sunt principia orbis signorum preter ea Si aliquis
considerauerit secundum modum naturale non reperit principium neque recisionem
convenienciorem principiis complexionis temporis usque ad eius silentium sicut